

lacrimas, multo cum pure et sanguine et acutissimis doloribus erupit, quo minus haecenus promissi steterim. Tunc tunc sane abfuit ut starem, ut nec sedere quidem valerim, aliquot diebus lectulo affixus. Tandem morbi reliquias hisce amoenitatibus discutere cepi, et ex Tabalatura Pitharae Bassum, ut petteras, huic cantioni adaptare, quali ad Theorbam, aut Clavicymbalum continuo uti solemus. Tuam in eodem versiculos modulationem cras ad Mersennum transmittam, Gallis iterum, et sine felle si <sup>feri</sup> possit, examinandam. Poterit autem, ut me sperare facit, quam vides, Viri doctrinae tuae, et existimationis cultoris addictissima Epistola, quae quod tota meae hebdomadae penes me ~~steterit~~ <sup>steterit</sup> senuerit, quaso ut Catascho item et molestissima pituita impute. Enimvero nec locus dudum nec animus fuit, rerum maxime seriarum in hoc equuleo procurandarum.

23. Febr. 1641.

Tuo.

C. H.

Voetio.

(301)  
Audeo unius horae molestiam adferre tibi Viri Reuerende quam si dignaberis impendere dissertationulae, autem annum et quod excurret a me scripta, nunc ut amicis et Typographis satisfacere me tui exposita feceris nempe humanitate tua dignam, scilicet, sed eadem longe dignissimam, si de argumento et libello sententiam paucis aperire placuerit. Impense hoc te rogat male divertus author, at virtutis tuae cultor et estimator singularis adeoque

Tuus.

C. H.

8. Martij 1641.

Alterum exemplar Illustri Schurmannae tradi velim. Monuere nihil tale suspicantem amici, descriptiones meae virginem nescio quode scrupulo, carere malle, quam compellari, quod et antehac silentio testata videtur. acceptura proinde hoc munusculi libentius ac securius a non mea manu.

Bannio.

(302)  
Percontasti me et recreasti, Viri Amplissime duplici nuncio, morbi et conualescentia; cuius cum oculato teste Postio qui has tradet, meliori quotidie spes affulgeat, audeo te de rebus Musicis denique compellere, quarum quandiu mentionem